

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

De Roma vetere ac noua eiusq[ue] admirandis. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](#)

atque vetusta sanctimonia celebres septem visitandæ sunt per urbem basilicæ; & sacraria vbiq; perlustranda, in quibus cùm Diuorum reliquæ infinitæ, tum præclara quædam Christi Seruatoris nostri monumenta reconduntur; vt sacro-sanctum cum effigie ipsius Seruatoris sudarium Veronice; Longini centurionis lancea, quæ pectus in cruce mortuo aperuit; clavis, quo cruci affixus; Rhodius nummus ex triginta argenteis, quibus à Iuda proditore fuit venditus,

DE ROMA VETERE AC NOVA,
EIVSQ. ADMIRANDIS.

CAP. II.

Ex Laur. Schraderi Lib. II. Monumentorum Italiae.

RO M A terrarum domina, Urbium regina, flos, atque ocellus Italæ: & vt Polemon Sophista apud Athenæum, ac Galenum appellat, *tūs ὄικομένης ἐπί τοὺς ὅρβις compedium*, pro dignitate laudari non potest, vt Aristites Sophista edita oratione tentauit. Quare, quod de Carthaginæ C. Crispus ait, Silere de ea præstat quam pauca dicere. Arx enim est omnium gentium, theatrum ingeniorum; domicilium Virtutis, Imperij, dignitatis, ac Fortunæ: patria Legum, omniumque hominum, & quod olim Athenæ Atticæ, disciplinarum fons, sacerdotij, ac Iustitiæ: Religionis denique caput, ac norma est, frémant licet omnes hæretici, qui Vibem eternam extinctam funditus, vt Veritatis sedem cuperent.

Sira loco non admodum fertili, Austroq; obiecta, & cæli grauioris: olim amplissima, cuius

cuius ambitus tunc **xiiii. m.** pass. fuit: hodie vero vix **m.c.** Vias olim habuit **xxix. x. quatuor** hodie vestigia non obscura:

| | | |
|----------------------|-------------------|--------------------|
| <i>Appia</i> | <i>Latina</i> | <i>Labicana</i> |
| <i>Campana</i> | <i>Prenestina</i> | <i>Cimina</i> |
| <i>Valeria</i> | <i>Ostiensis</i> | <i>Flaminia</i> |
| <i>Cassia</i> | <i>Laurentina</i> | <i>Ardeatina</i> |
| <i>Tyburnina</i> | <i>Collatina</i> | <i>Gallicana</i> |
| <i>Tyberina</i> | <i>Nomentana</i> | <i>Salaria</i> |
| <i>Setina</i> | <i>Quintia</i> | <i>Æmilia</i> |
| <i>Portuensis</i> | <i>Pratoriana</i> | <i>Triumphalis</i> |
| <i>Cornelia</i> | <i>Claudia</i> | <i>Aurelia</i> |
| <i>Laticulensis.</i> | | |

Erant & in Urbe:

- Altasemita*, in dorso Quirinalis.
- Via lata*, iuxta septa campi Martij.
- Suburra*, iuxta radices Exquiliarum.
- Via sacra*, iuxta arcum Constantini.
- Via noua*, ad thermas Antoninianas.
- Triumphalis*, prope portam Vaticanam.
- Vitellia*, ad Ianiculum.
- Recta*, in Campo Martio.
- Fornicata*, iuxta Flaminiam.

Turres in murorum ambitu circiter **ccc lx.**
olim **dcclx.**

P O R T A E V R B A N A E , E T

A N T I Q U I N O M I N I S , X V .

Flaminia hodie *Porta populi*, *Gabinia* hod. *S. Methodij*, *Collatina* hod. *Pinciana*, *Ferentina* hod. *Latina*, *Quirinalis* hod. *Agonia*, *Capena* hod. *S. Sebastiani*, *Viminalis* hod. *S. Agnetis vel pia Ostiensis* vel *Trigemina S. Pauli*, *Tiburtina* nunc

clausa: Portuensis hod. *Porta ripa, Esquilina* hod.
S. Laurēty, Aurelia hod. *S. Paneratū Nevia* hod.
Porta Maior, Fontinalis hod. *Septimiana, Cœli*
montana S. Ioannis, Vaticana in ripa Tiberis.

SUBURBANAEC ATQ. RECENTES SEX:

| | |
|----------------|--|
| Turritoris | Porta Iulia |
| Porta Subiecta | Porta Castelli |
| S. Petri | S. Spiritus, olim <i>Triumphalum</i> , quam nullus rusticus intra- re poterat. |

COLLES HODIE MOENIBVS
INCLVSI.

i. *Capitolinus* vel *Tarpeius*, qui tempore Regis Tarquinij ultra lxx. delubra, ædes sacras, & Sacella, cum altissimis turribus habuit, & muis cinctus, domicilium Deorum dictus fuit.

ii. *Palatinus*, subterraneis meatibus feretorus pensilis, hortis occupatus, & ruinis deformis, in quo sedes Regia fuit, & magnificæ ædes Augusti Imp. Ciceronis, Hortensij & Catilinæ.

iii. *Aventinus*, hodie *S. Sabina*, prima Pontificum sedes.

iv. *Celius* eo loco vbi hodie templum *Latanense*, & *S. Crucis in Hierusalem*; habuit preclarare templa multa Ethnicorum, & aquæ-ductus insignes.

v. *Esquilinus*, vbi hodie *S. Petrus ad vincula*, clarus domibus Virgilij, & Propertij, Item hortis Mæcenatis.

vi. *Viminalis*, vbi hodie *S. Prudentiana* & *Laurentius in panisperna*, in eo Crassi domus fuit.

vii. *Quirinalis*, hodie *Monte Caballo*, clausus

rus domibus Sallustij Catuli, Aquilij, foro, & hor-
ris Sallustij.

Hi septem olim colles Romani, vnde Septen-
gemina Vrbs dicta. Accesserunt

VIII. Hortulorum, vel Pincius, hodie Sanctæ
Trinitatis, in quo templum Solis eo loco fuit, vbi
illa rotunda moles, cum puteo profundissimo.

IX. Vaticanus, vbi hodie S. Petri Basilica & Pa-
latium Pontificis.

X. Janiculum, vbi hodie templo S. Onufrij, &
Petri monitis aurei, ab arenis vulgo, de montorio.
Testaceus, ad portam Ostiensem.

TEMPLA

Diuorum supra ccc. quorum septem religionis
causa maximè frequentantur.

I. S. Petrus, in Vaticano.

II. S. Paulus, in via Ostiensi.

III. S. Maria maior, in Esquilina via.

IV. S. Sebastianus, extra Capenam portam.

V. S. Ioannes Lateranensis, } in Cælio monte.

VI. S. Crux in Hierusalem. }

VII. S. Laurentius, extra Esquiline portam.

Sex Tempa portas habent æneas (quamquam
& apud S. Ioannem Lateranensem etiam aliquot,
sed parvæ) sunt autem,

1. S. Petrus, in Vaticano.

2. S. Maria rotunda, Πάρτων θέαν

3. S. Adrianus, olim Saturni. (Pollucis.

4. SS Cosmus & Damianus, olim Castoris &

5. S. Agnes, olim Bacchi, &

6. S. Paulus, in via Ostiensi.

Cryptæ subterraneæ, quæ latebræ & sepulcræ
Christianorum fuerunt, plenæ venerationis & visu
admirabiles, quarum etiam D. Hieronymus me-
minit; sunt quatuor:

Apud {
S. Agnetem, extra Viminalem
S. Pancratii, extra Aureliam
S. Sebastianum, extra Capenam } portam.
S. Priscillam, extra Flaminiam

Hospitalia in quæ infirmi recipiuntur, & magna diligentia curantur, tanta magnificentia, ut inter recentia *Vrbis* monumenta nihil ferè prædicatione dignius: Sunt autem multa, primum publica omnium nationum, & mortalium:

S. Spiritus, in Vaticano.

S. Salvatoris, in Cœlio.

S. Iacobi de Augusta, in valle Martia.

S. Maria de Consolatione, in Velabro, &

S. Antonij, in Esquilino.

Deinde propria singulorum populorum, ut
S. Maria de Anima, Germanorum & Belgarum.

S. Ludonici, Gallorum.

S. Iacobi, Hispanorum.

S. Thoma, Anglorum.

S. Petri, Vngarorum.

S. Brigida, Succorum.

S. Ioannis, in Cœlio,

S. Andrea, prope Argentinam, Flandrorum.

S. Ioannis Baptista, Florentinorum.

S. Ioannis Baptista, prope ripam Tiberis Genuesium à Mediadusto Cicada conditum & dotatum.

Sunt & aliae ædes pupillorum multæ, quæ recente nihil attinet.

Cœmiteria sacra, quæ partim olim fuere, partim nunc sunt, xxvii.

S. Agnetis. *S. Balbinæ*, via Ardeatina.

S. Calixti ad S. Sebastianum. Catacumbæ.

Commodillæ, via Ostiensi. *S. Damasi*.

S. Felicis.

| | |
|---------------------------|-------------------------|
| S. Felicis. | Ad Clium cucumeris. |
| S. Felicitatis. | Cyriaci, via Tiburtina. |
| Iordanorum. | Domicilli, via Arde- |
| Nicomedis. | tina. |
| Peregrinorum. | Ad duos Lauros. |
| S. Pontiani. | S. Hermetis. |
| S. Priscillæ via Salaria. | Insalatarum, via Pop- |
| Vrsi Pileati, ad S. Bal- | tuensi. |
| binam. | SS. Nerei & Achillei. |
| Amproniani. | S. Pancratij. |
| Basilæ. | Prætextati, via Appia. |
| Calopodij, via Aurelia. | Thrasonis. |

Bibliotheca Pontificis tres in Vaticano palatio: una clausa, quæ est selectorum librorum, cui adiuncta etiam alia; tertia, quæ vulgo omnibus diebus non festius per duas horas patet, Græcis Latinisque libris calamo, si quæ in orbe terrarum, in membranis exaratis instructissima, beneficio Nicolai v. Pont. Max. Item, noua Xisti v. PP. quarum inscriptiones, picturæ, & carmina singulari libro ab Angelo Rocho Episc. edita sunt.

S. Maria in ara cœli.

S. Maria de populo.

S. Maria supra Mineruam.

S. Augustini.

Fuerunt & aliæ apud S. Petrum in Vinculis, & apud SS. Apostolos ac Sabinam, quæ in direptione Vrbis partim incendio absumptæ sunt, partim etiam prædæ fuerunt.

H O R T O S Antiquitatis studiosi habent amoenissimos Summi Pontificis, quibus sese oblectare, & animum atque oculos pascere possunt: nulli enim negatur aditus: & aliorum multorum ades ac vineas, sed horum maximè insignium:

| | |
|--------------|------------------------------------|
| Bellaïj. | Ferrariensis. |
| Carpensis. | Caesij. |
| Farnesij. | Visei, <i>trans Tiberim.</i> |
| Soderinorum. | Achillis Bocchij. |
| Boccatij. | Monachorum S. Petri ad Vincula. |

PALATIA

Conseruatorum in Capitolio.**Portiorum** in regione Pinca.**DDorum** de Valle.**DDorum** Cæsariorum.**Saluiati** *trans Tiberim.***Lateranense**, à Sixto v. ex fundamentis magnificientissimè exstructum.

S. Georgij in Damaso.

Cardinalis Carpensis. D. de Rustici.

Columnensium in regione Triuij.

Colletij in campo Martio.

Vrsinorum *infra Capitolium.*

DDorum de Maximis.

Farnesianum in campo Flora.

Carlis de capite ferreo, prope campum Flora.

Bofalorum in regione campi Martij.

Vrsinorum in campo Flora, & circa Flaminio.

S. Marci in capite via Lata.

Regionum in Vrbe nomina hodie sunt xiv.
olim xix.

| | |
|----------------|---------------|
| Regio Montium. | Triuij. |
| Columnæ. | Campi Martij. |
| Pontis. | Parionis. |
| Harenulæ. | Eustachij. |
| Pineæ. | S. Angeli. |
| Campitelli. | Ripæ. |
| Transiberis. | Burgi. |

Pontes

Pontes lapidei supra Tibrim, sex.

Mulius, vulgo *Ponte mol*, extra Urbem & portam Flaminiam ad duo milliaria.

Aelius, S. Angelii vel Castelli.

Fabritius, quatuor Capitum.

Ianiculensis, Xisti.

Castius, S. Bartholomaei.

Senazorius, vel *Palatinus*, S. Mariæ Aegyptiacæ.

Sublicius, & *Triumphalis* hodie nō extant: utriusque pilæ aqua tenui apparent; huius ad S. Spiritum, illius ad radices Auentini.

Aqua in Urbe Tiberis & Almo fluuij, dein reliquæ fontium ex Veteribus ductibus, quarum licet plurimæ fuerint, paucæ tamen solum vibem nunc ingredioruntur.

Aqua virgo per campum Martium deducta à Nicolao v. Pont. Max. & *Alisetina* per Vaticanum restituta ab Innocentio viii. & nuper *Salaria* à Pio iv.

Gregorium xiiii. etiam alias reduxisse inscriptions testantur, quæ & ceteris inseruntur Antiquatum Vbiis Titulis.

Campi in Urbe multi, sed nominatissimi hodie sunt:

Vaticanus. Agonius.

Fegulensis. Iudæorum, & Floræ.

Porticus nouæ præcipue tres:

i. Benedictionis.

ii. In Varicani Palatio triplicis obambulationis aperta.

iii. Versus hortos Bel-videre: vulgo, il Curridorio, nunc, Gregorianæ.

Foræ itidem varia, quorum *Piscarium*, & *Olitorium* dicuntur ijs adhuc esse locis, ubi fuere antiquus: *Suarium*, & *Boarium*, ubi olim Romanum.

Pistorum, vnum prope sanctam Mariam rotundam, Alterum in vico Indæorum ; Tertium prope S. Laurentium in Damaso ; Quartum ad pontem Aeliani. Coniuncta serè Laniena & macella pistoribus. Commune omnium mercium, & rerum venalium *forum* in Campo Agonio.

Montes rarissimi habitantur, nam aut hortis, aut vineis occupati sunt, aut antiquorum ædificiorum immensis ruinis.

Viae multiplices, quas *Sixtus V.* recto trahit per urbem statuit, sumptuosè.

Sedes Pontificia nunc est contigua Basilice S. Petri, in qua multa præclara, præsertim Sacella, propter picturas Michaëlis Angeli Bonaroti Florentini, & aliorum, vnde etiam artifices exempla sumunt. Ascensus sunt facillimi, & ædibus Palatinis accommodati ex omni parte, adeò ut etiam equo ad rectum usque eas.

Sunt & aliæ habitationes æstiuae apud D. Marcus, S. Mariam maiorem, S. Ioannem Lateranum, & SS. Apostolos in regione Trivii.

Cardinalium Palatia per totam Urbem dispersa, & præcipua, quæ suprà cominemorata, & singula turres singulas adjunctas habent. Aedes ciuium satis bellę, & partim vetustatis monumentis, marmoribus, picturis ; partim hortis, fontibus, nymphæis exornatae.

Arx Pontificis, quam *molem Adriani* siue *Cæstium* *S. Angeli* appellant, triplici ratione munita, & omni apparatu bellico instructa. In ea tres dies festi quotannis magna celebritate peraguntur, funeralibus passim accensis, iaciendis ignibus ante factis, & emitendis tormentis bellicis. Unus est *SS. Petri & Pauli*: Reliqui duo, quibus illius temporis Pontifex suffragiis declaratus, & corona posita.

postea ornatus est. Arcis custodia viro spectato commendatur, qui post exactam septem annorum Praefecturā, aut Cardinalis titulo decoratur, aut aliquot millibus aureorum donatur.

AQVAE-DVCTVS VETERVM,

Cum receptaculis & castellis aquarum. Vt pote primū, *Aqua Claudio* tanti sumptus & operis quod in illius instauratione quingenta & sexaginta talenta fuerint erogata.

AQVAE:

| | |
|------------------|---------------------|
| Martiæ. | Appiæ. |
| Marianæ. | Traianæ. |
| Alexandrinæ. | Tepulæ. |
| Iuliæ. | Allietinæ. |
| Augustæ. | Mercurij. |
| Sabbatinæ. | Virginis. |
| Anienis veteris. | Anienis noui. |
| Vinturnæ. | Sabinæ in Auentino. |

THERMÆ:

| Antoninianæ. | Diocletianæ. | Decianæ. |
|--------------|--------------------|-----------------|
| Varianæ. | Traiani. | |
| Titianæ. | Philippi Imp. | |
| Gordianæ. | Olympiadis. | |
| Nouarianæ. | Hadrianæ. | |
| Agippinæ. | Neronici. | |
| Alexandrinæ. | Seueri | |
| Aurelianæ. | Constantini } Imp. | |
| Commodi. | Domitianæ. | |
| FONTES: | Fauni. | Iuturnæ. |
| PUTEI: | Probus. | Aquæ Salentis.. |
| INSULAE: | Tiberina. | Licaonia. |
| LACVS: | Iuturnæ. | Curtij. |

FORA:

| | | |
|------------|------------|----------|
| Romanorum. | Pistorium. | Traiani. |
| Nerii. | Cæsaris. | Augusti. |

Latium

| | |
|-------------|---------------|
| Latium. | Transitorium. |
| Holitorium. | Piscarium. |
| Boarium. | Suarium. |
| Archimonij. | Sallustij. |
| Esquilinum. | Diocletiani. |
| Aenobarbi. | Gallorum. |
| Rusticorum. | Cupidinis. |

ARCUS TRIUMPHALES:

| | | |
|------------------------|--------------|------------------|
| Romuli. | Constantini. | Titi Vespasiani. |
| Lucij Septimij Seueri. | | Domitiani. |
| Traiani. | | Fabiani. |
| Cœlitis. | | Gordiani. |
| Galeni. | | Tiberij. |
| Theodosij. | | Camilli. |

AMPHITHEATRA:

| | |
|-----------------|--------------------------|
| Statilij Tauri. | Claudij. |
| Titi Vespasiani | cl. mill. hominum capax. |

THEATRA:

| | | |
|---------|---------|------------|
| Scauri. | Pompei. | Marcelli. |
| Balbi. | | Calliculæ. |

CIRCI:

| | |
|------------|------------|
| Maximus. | Flaminius. |
| Agonius. | Neronis. |
| Floralium. | Alexandri. |

PORTICVS:

| | | |
|--------------------------|-----------|---------------|
| Clini Capitolini. | Palatina. | Metelli. |
| Concordiæ. | | Constantini. |
| Libertatis. | | Q. Catuli. |
| Augusti. | | Fori Augusti. |
| Antonini Pij. | | Traiani. |
| Faustinæ. | | Liuiæ. |
| Claudiæ. | | Circi maximi. |
| Amphitheatri. | | Neptoni. |
| Octaviæ sororis Augusti. | | Quirini. |
| Corinthiæ. | | Mercurij. |

Sen.

Seueri. Pompeia
Panthei. Veneris Ericinæ.
Cn. Octauij. Iuliæ. & Tribunal Aurelium.

COLVMNAE:

| | |
|-----------|---------------------|
| Rostrata. | Antonini Pij. |
| Traiani. | Bellica. |
| Cæsaris. | Porticus Concordiæ. |
| Lactaria. | Mœnia. |

OBELISCI:

| | |
|-------------------------|--------------------------|
| Circi Maximi. | Lunæ in colle hortulorū. |
| Campi Martij. | Vaticani ad S. Petrum. |
| Mausolei Augusti. | Ad caput Bouis fractus. |
| Extra portam Laurentij. | Mahuti in platea, iuxta |
| Solis. Areæ cœli | Collegiū Societ. IESV. |

COLOSSI:

| | | |
|----------|------------|---------|
| Neronis. | Apollinis. | Martis. |
|----------|------------|---------|

PYRAMIDES:

| | |
|--------------|------------------------------|
| Caij Cestij. | Scipionis, ad molem Adriani. |
|--------------|------------------------------|

NAVMACHIAE:

Circi maximi. Domitiani. Neronis. Cæsaris.
SEPTIZONIA Seueri. Titij: illud prius Xistus v.
ædificans Romæ nuper sustulit.

EQVRI:

| | | |
|----------------------------|----------|-------------------|
| Sciphius. | Traiani. | Cæsar. |
| Arión. | | Constantini. |
| Antonini Pij in Capitolio. | | Phidiæ & Praxite- |
| Domitiani. | L. Veri. | lis in Quirinali. |

Sunt & alia veteris v. R. B. I. S. admiranda:
Statuæ propè innumerabiles.

Palatia antiqua, regum, Imp. virorum illust.

| | | |
|-----------|---------|-----------------|
| Domus. | Horti. | Atria. |
| Basilicæ. | Rostra. | Curiæ. |
| Luci. | Vici. | Tabulæ publicæ. |
| Tabernæ. | Cliui. | Campi. |
| Cæreres. | Cellæ. | Sepulcra. Aræ. |
| | | Tem- |

Templa, ædes sacræ, delubra, fana.

Turres. Villæ. Septa. Sacra.

Scalæ. Puteal, vt Actij & Libonis.

Prata. Pila. Macella. Officinæ.

Bibliothecæ, vt Majorum, Augusti, Vlpia, Marcelli & Pauli.

Armamentaria. Antra.

Aerarium populi Rom. Aequimelium.

Asylum. Viuarium. Cloacæ: aliaque de quibus varij scripsere, quos mox recensebo.

Publius Victor inter V R B I S ornamenta, publicaque ædificia numerat

Aedes CCCXXIIII.

Curiæ XXXV.

Fora XI.

Campos VIII.

Capitolia duo, quorum unum argento fuit rectum, habuitque aureas præstantissimorum hominum statuas.

Theatra & Amphitheatra VII.

Circos IIII. Obiliscos VII.

Arcus marmoreos XXXVI.

Portas XXXVII.

Quorum omnium numerus statusq; si cum sæculo nostro conferatur, vix quæ est rerum humanarum vicissitudo, in ipsa Roma ROMAM inuenies. Hinc canit

I A N V S V I T A L I S.

Qui Romam in mediâ queris nouus adueni
ROMA,

Et ROMAE in ROMA nil reperis mediâ:

Aspice murorum moles, præruptaque saxa:

Obrutaq; ingenti vasta iheatra situ:

Hac sunt ROMA viden? velut ipsa cadauerata tanta

Vrbis adhuc sperant imperiosa minas.

Vicit

Vicit ut hac mundum, nixa est se vincere: vicit,
A tenon victum ne quid in orbe foret.
Nuc eadem inuicta, Roma illa inuicta sepulta est,
Atque eadem victrix, victaque Roma fuit.
Albusa Romani restat nunc nominis index:
Quin etiam rapidis fertur in equor aquis.
Disce hinc, quid possit fortuna: immota labascunt:
Et qua perpetuo sunt agitata, manent.

LAZARVS BONAMICVS.

Vos operum strata moles, collesq; superbi:
Queris modò nuc Roma nomen inane manes:
Vosq; triumphales arcus, cœloq; colossi
Æquati, Pariis casa columnæ ingis:
Edit a Pyramidum fastigia, templæ deorum:
Digna vel a thereis amphitheatra locis:
Vos aut tandem atiriuuit longinqua vetustas:
Vos longa tandem fata tulere die.
At Roma, Aeneadum magnum, & memorabile
nomen,
Tempus edax rerum tollere non potuit:
Nec poterit, donec clari monumenta vigeantur
Ingenij: qua non vlla senectar apit.
Cetera labuntur tacito fugientia cursu:
Calliope aeternum vivere sola poset.

ANONYMVS.

VRbs cecidit: de qua si dignu dicere quicquam
Molior: hoc potero dicere, Roma fuit.
Non tamen armorum series, nō flamma, nec ensis.
Aeternum poterant hoc abolere decus.
Cura hominum potuit rātam componere Romanum:
Quantam non potuit solvere chyadūm.

Cen-

Confer opē, marmor q̄ nouum superūm q̄ fauorem:
 Arrificum vigilēt in noua facta manus.
 Non tamen aut fieri præstanti machina muro,
 Aut instaurari sola ruina potest.
 Tantum restat adhuc, tantum ruit: ut neque
 pars stans
 Aequari possit, diruta nec refici.
 Hic superūm formas superi mirantur, & ipsi
 Secipiunt verbis vultibus esse pares.

GEORGIVS BRUGENSIS.

Qui miseranda videt veteris vestigia Roma:
 Ille potest meritò dicere, Roma fuit.
 At qui celsa noua spectat pallatia Roma:
 Hic meritò poterit dicere, Roma vigeſ.

NICOLAVS BORBONIVS.

Roma fuit: nequeo breuius, te Roma perisse,
 Dicere quid breuius dicere: Roma fuit.

IOMETELVS SEQVANVS.

Mors venit & saxis, tacitus q̄ seneſcitur annū:
 Sic venit & clarus urbibus atra dies.
 Quis Romam in media iam quareret, en ego
 Romam?
 Hac verus, in nostra tota sepulta iacet.
 Nec quisquā super est, quam quas mirere ruīns:
 Tempore quod q̄ mori viuere morte queat.
 Scilicet annosa ut quercus celsissima crevit;
 Post q̄ cadit, vita hoc tempore Roma ruit,
 Urbibus acerius, post funera, vita resurgit,
 Sedibus aut migrant, omniē forte suo,
 Pax urbes firmat, pacem concordia, crescunt
 Iustitia, atque armis, religionis ope.

RE.

RERVM ROMANARVM
SCRIPTORES. CAP. III.

DE VRBE

P. Victor, & Sex. Rufus de regionibus Vrbis.
Aristides Sophista laudem Vrbis Romæ Græcè
conscriptis.

Recentiores:

Poggius Florentinus.

Fabricius Varrhianus.

Flavius Blondus.

Raphaël Volaterranus.

Franciscus { Albertinus
Oricellarius
Serlius.

Bartholomæus Marlianus, figuris nuper auctus
à Theodoro Bry Leodiensi, & Iac. Boiffard.

Georgius Fabricius

Lucius Faunus & Maurus

Andreas Fulvius. Io. Rosinus lib. I. Antiquita-
tum Rom.

Onuphrius Panuinius in R O M A,

V Wolfgangus Lazius.

Iustus Lipsius in Admirandis, seu Magnitudine
Romana.

Ludouicus Demutesius, libro Romæ edito, qui
inscribitur Gallus Hospes de Vrbe.

D E N O V A R O M A, seu Magnitudine
sub Romanis Pontificibus

Flavius Blondus.

Onuphrius Panuinius.

Thomas { Bosius, Eugubinius
Stapletonus Anglus

Iustus Lipsius v. c.

Nouam quoque Romam, hoc est BYZANTIVM,
quæ post à Constantino Magno Aug. est

C O N-